

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tomus B.
Fasciculus 2.
Pagine 97-136.

Proprium de tempore.
Ebdomada j. adventus Domini.
De commemorationibus.
Servitium plenum beate Marie.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVII.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published July 1, 2007.

Revised December 2007, July 2008, April 2011, October 2014, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2007.

I Feria ij. j. ebdomade adventus Domini.

Ad matutinas.

AS:16; 1519:19v; 1531:8v.¹

Invit. VI.iii. 1149.

E-gem ventú-rum * Dó-mi-num. †Ve-ní-te a- do-
rémus. Ps. Ve-ní-te. 35*.

[Et dicetur ab uno de secunda forma in stallo vertendo se ad altare loco nec habitu mutato : et sic in omnibus feriis.]²

Hoc invitatorium dicitur quotidie in feriis usque ad vigiliam nativitatis Domini : nisi in iij. et vj. feriis et sabbato iij. temporum.

Hymnus. Verbum supérnum. 39.

Super nocturnum antiphona Dóminus défensor. [160].

Ps. Dóminus illuminátio. (xxvj.) et cetere antiphone et psalmi sicut in psalterio per ordinem notantur. [160].

I Sciendum est quod omni die dominica per annum quando de dominica agitur [: scilicet omni die dominica per adventum : et a Dómine ne in ira. usque ad pascha : et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini],³ et in qualibet feria [predictis temporibus]⁴ sive de feria sive de festo iij. lectionum sine psalmo Te Deum. ad matutinas semper dicitur nocturnus excepto paschali tempore et excepta octava die sancti Andree apostoli : et exceptis singulis commemorationibus beate Marie : et festi⁵ loci per totum annum : [et]⁶ excepta die dominica infra natale Domini.

XV. Ex Syon spécies decórís ejus.

8060.

R. Deus noster maniféste véniet.

[Prostratus tenetur esse chorus dum dicitur oratio dominicalis, scilicet Pater noster. ante lectiones omni die per annum quando de feria agitur, nisi in paschali tempore

quousque dicitur Et ne nos. et nisi quando expositio Evangelii ad matutinas dicitur.]⁷

[Lectiones de Esaie legantur per totum adventum in profestis diebus nisi in hiis in quibus dicitur expositio.]⁸

Legenda ij. que si hac die non legatur : legatur quandocunque proximo dicatur de feria vel de dominica et sic deinceps per ordinem sine saltu.

Lectio prima. Esaie i. [16–20.] [Legenda ij.]

 Avámini, mundi estóte : auférte malum cogitatiónum vestrárum ab óculis meis. Quiéscite ágere pérverse : díscite benefácere. Quérите judíciúm, subveníte oppréssó : judicáte pupíllo, deféndite víduam, et veníte et argúite me⁹ dicit Dóminus. Si fúerint pecáta vestra ut cóccinum : quasi nix

dealbabúntur. Et si fúerint rubra quasi vermiculus : velut lana alba erunt. Si voluéritis et audiéritis me : bona terre comedétis. Quod si noluéritis, et me ad iracúndiam provocáveritis : gládius devorábit vos, quia os Dómini locútum est. Hec dicit [Dómini Deus, Convertímini ad me : et salvi éritis].¹⁰

R. Aspiciébam. ij. 48.

Lectio secunda.

 Uómodo facta est méretrix cívitas fidélis plena judícií ? Justícia habitávit in ea : nunc autem homicíde. Argéntum tuum versum est in scóriam : vinum [tuum]¹¹ mixtum est aqua. Príncipes tui infidéles : sócii furum. Omnes díligunt múnera : sequúntur retributíones. Pupíllo non júdicant : et causa vídue non ingréditur ad eos. Propter hoc ait Dómi-nus Deus exercítuum :

[Esaie i. 21–26.]

Fortis Israel. Heu consolábor super hóstibus meis : et vindicábor de inimícis meis. Et convértam manum meam ad te, et excóquam ad purum scóriam tuam : et áuferam omne stannum tuum. Et restítuam júdices tuos ut fuérunt prius : et consiliários tuos sicut antíquitus. Post hec vocáberis cívitas justície : urbs fidélis. Hec dicit.

R. Missus est. iij. 50.

Lectio iij. [Esaie 1. 27–31.]

Sion in judício redimétur : et redúcent eam in justicia. Et cónteret sceléstos et peccatóres simul : et qui dereliquerunt Dóminum consuméntur. Confundéntur enim ab idólis quibus sacrificavérunt. Et erubescétis super ortis quos elegerátis

cum fuéritis velut¹² quercus defluéntibus fóliis : et velut ortus absque aqua. Et erit fortitúdo vestra ut fávilla stuppe : et opus vestrum quasi scintilla. Et succendéntur utrúmque simul : et non erit qui extínguat. Hec dicit Dóminus.

Responsorium. Ave María. iiiij. 53. [cum ♀. Glória Patri. et ‡Quod enim.]

Si vero in secunda feria vel in tertia festum¹³ ix. lectionum [vel commemoratio]¹⁴ contigerit et forte in iij. feria vel [in]¹⁵ quarta [feria]¹⁶ servitium [feriarum]¹⁷ sit agendum : semper Responsoria primi nocturni in primo loco cantentur. Deinde secundi et tertii [nocturni]¹⁸ : nisi specialiter distinguantur. Quod etiam generaliter observetur per totum annum.

Ante laudes.

♀. Emítte agnum Dómine. 64.

Et dicatur iste versus ante laudes quotidie usque ad vigiliam nativitatis [Domini]¹⁹ quando de temporali agitur.


¶ *In laudibus.*

AS:111; 1519-P:70v; 1531:9r; 1531-P:17r.

1. Ant.



VI.



3374.

I- se-ré-re * me- i De-us. Ps. Ipsum. (l.)

[et cetere antiphone cum suis psalmis]²⁰ ut in psalterio suo loco notantur. [173].

Capitulum. Hieremie 23. [5.]

Ccce dies véniant dicit Dóminus, et suscitábo David germen justum : et regnábit rex et sápiens

erit : et fáciet judícum et justícam in terra. [R.] [Deo grátias.]²¹

Ebdomada j. adventus Domini.

Hymnus. Vox clara ecce íntonat. 67.

8246. *V.* Vox clamantis [in deserto].

R. Paráte viam Dómini : rectas fácite sémitas Dei nostri].²²

AS:17; 1519:20r; 1531:9r.²³

1414. Ant. I.v.

Nge-lus Dó-mi-ni * nunci- á-vit Ma-rí- e : et con-

cé-pit de Spí-ri-tu Sancto al-le- lú-ya. Ps. Benedíctus. 52*.
[Terminatur antiphona cum neupmate.]²⁴ 84*.

*Finita antiphona post psalmum Benedíctus. statim dicuntur preces cum prostratione
hoc modo [alternatim].*²⁵

AS: 7; 1531:9r; 1531-P:17v.²⁶

9040.

Y-ri- e-léyson. iij. Christe-léyson. iij. Ky-ri- e-

léyson. ij. Ky-ri- e-léyson.


*Et dicantur sub eodem tono quo ad completorium. Similiter et cetera que sequuntur
usque ad Dóminus vobiscum. ante orationem hoc modo.*

Pater noster.²⁷ [Ave María.]²⁸ [i]. [secreto usque ad]


AS:7; 1531:9r; 1531-P:17v.

V. Et ne nos indú-cas in tenta-ci- ónem.


Ebdomada j. adventus Domini.




R. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.




V. Ego di-xi Dómi-ne mi-se-ré-re me- i. *R.* Sa-na á-ni-




mam me- am qui- a peccá-vi ti-bi. *V.* Convértre-re Dómi-ne




úsquequo. *R.* Et depre-cá-bi-lis esto su-per servos tu-os.




V. Fi- at mi-se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne su-per nos.




R. Quemádmodum spe-rá-vimus in te. *V.* Sa-cerdó-tes



tu- i indu- ántur justí-ci- am. *R.* Et sancti tu- i ex-últent.



V. Dómi-ne salvum fac re-gem. *R.* Et ex-áudi nos in di- e



qua invo-ca-vé-rimus te. *V.* Salvos fac servos tu-os et

Ebdomada j. adventus Domini.

ancí-las tu-as. *R*. De-us me-us spe-rántes in te.

V. Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne : et bé-ne-dic

he-re-di-tá-ti tu-e. *R*. Et re-ge e-os et extólle il-los

usque in e-térnum. *V*. Dómi-ne fi-at pax in virtú-te tu-a.

R. Et a-bundánti-a in túrri-bus tu-is. *V*. O-rémus

pro fi-dé-li-bus de-fúnctis. *R*. Réqui-em e-térnam do-na

e-is Dómi-ne : et lux perpé-tu-a lú-ce-at e-is.

V. Ex-áudi Dómi-ne vo-cem me-am qua clamá-vi ad te.

R. Mi-se-ré-re me-i et ex-áudi me.

Ps. Miserére mei Deus. (l.) [173]. Totus psalmus dicatur sine nota.

Ebdomada j. adventus Domini.

Finito psalmo cum Glória Patri. solus sacerdos se erigat et ad gradum chori accedat [scilicet]²⁹ ad matutinas et ad vesperas tantum sic dicendo.

AS:7; 1531:9r; 1531-P:17v.

8072.

V. Exúrge Dómi-ne ádu-va nos. R. Et lí-be-ra nos propter

nomen tu- um. V. Dómi-ne De- us virtú-tum convérte nos.

R. Et osténde fá-ci- em tu- am et salvi é-rimus.

V. Dómi-ne ex-áudi o-ra-ti- ónem me- am. R. Et clamor

me- us ad te vé-ni- at.

AS:7; US-I:265; 1531-P:17v; 1531:9r.

800121.

Oomi-nus vo-bíscum. *R. Et cum spí-ri-tu tu-o.*

V. O-rémus.

³⁰ *He preces predicte dicantur supradicto modo ad matutinas et ad iij. vj. et ix. et ad vesperas in omnibus feriis per adventum et a Dómine ne in ira. usque ad cenam Domini. Et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini quando de feria agitur : nisi ad matutinas in iiij. et vj. feria et sabbato iiij. temporum adventus Domini nisi ad primum*

Ebdomada j. adventus Domini.

O. et sic deinceps ad vesperas ad omnem O. ita tamen quod ad omnes horas scilicet ad j. iij. vj. et ix. dicantur et finiantur per omnia sub eodem tono quo ad completorium supradictum est.

Oratio. Excita quésimus.³¹ 14.

Ad j. vero dicitur versus Exúrge Dómine áduva. et ceteri versus sequentes ut supra ad completorium usque ad orationem Excíta quésimus. Sacerdote [vero]³² sic dicente Qui vivis et regnas. tunc surgant omnes clerici a prostratione osculando formulas.

Memoria de sancta Maria.

[*Deinde dicitur memoria de sancta Maria.*]³³

AS:14, 420; 1519:15r; 1531:9r; 1531-P:17v.³⁴

5006.



Ant.
VIII.i.

Pi- ri- tussánctus * in te descéndet Ma-rí- a : ne tí-
me- as ha-bens in ú-te-ro Fí-li- um De- i al-le-lú-ya.

V. Egrediétur virga. 19.

Oratio. Deus qui de beáte Maríe. 19.

Memoria de omnibus sanctis.

AS:13; pl. d.; pl. e.; 1519:14r; 1531:2r, 9r; 1531-P:17v.

2509.



Ant.
V.i.

C-ce Dómi-nus vé-ni- et * et omnes Sancti e-jus
cum e-o : et e-rit in di- e il-la lux magna al-le-lú-ya.

Ebdomada j. adventus Domini.

VII. Ecce apparébit Dóminus super. 24.

Oratio. Consciéntias nostras. 24.

Ad j.

[*Hymnus. Jam lucis orto.*] [60].

AS:17; 1519:20v; 1531:9r.

Ant. VIII.i.

5324.

V Eni * et lí-be-ra nos De-us noster.

Ps. Deus in nómine. (lijj.) [95].

Ps. Beati immaculáti. (cxvij. j.) [96].

Ps. Retríbue. (cxvij. ij.) [97].

Ant. Glória tibi Trínitas. [99].

Ps. Quicúnque. [100].

Cetera omnia que ad j.³⁵ pertinent ut in dominica precedente supra dictum est, sunt exequenda : cum psalmo Miserére. et VII. sequentibus ut supra dictum est. [109].

Ad iij.

[*Hymnus. Nunc sancte nobis.*] [130].

AS:pl.e.; 1519:20v; 1531:9r; 1531-P:12r.

Ant. IV.v.

5229.

J U-am Dómi-ne * excí-ta po-ténti- am : et ve-ni ad

salvándum nos. *Ps. Legem pone. (cxvij. iij.)* [132].

Capitulum. Hebreorum 10. [37.]

QUi ventúrus est véniet et non
tardábit : jam non erit timor in finibus nostris quóniam ipse est
salvátor noster.

[*R.* Veni ad liberándum nos. [136].

V. Timébunt gentes.]³⁶ [136].

[**C**Sciendum est quod per totum annum quotidiens Responsoria dicuntur ad j. iij. vj. et ad ix. semper ex parte chori cantentur, et eodem modo fiet ad vesperas et ad completorium quandocunque Responsoria ab uno solo debent dici.]³⁷

R. et *V.* ad omnes horas dicuntur sicut in dominica precedenti [nisi quod in dominica dicuntur in secunda forma et in feriis in prima forma].³⁸ 8o. [Preces ut supra ad matutinas.]³⁹ *Oratio [dominicalis dicitur]*⁴⁰ ut supra in Dominica. 16.

[*Cotidie per adventum dicatur sexta ante missam nisi in dominicis et in festivis diebus.*]⁴¹


Ad vj.

[*Hymnus. Rector potens.*] [140].

AS:pl.e.; 1519:20v; 1531:9r; 1531-P:13r.

3302. Ant. I.i. 

[9v.] N tu- o advén-tu * é-ru- e nos Dómi-ne.



Ps. Defécit. (cxvij. vi.) [141].

Capitulum. Esaie. 14. [1.]

PRope est ut véniat tempus ejus et dies ejus non elongabúntur : miserébitur Dóminus Jacob et Israel salvábitur.

[*R.* Osténde nobis Dómine. [146].

V. Memento nostri. [146].

¶ *Sexta hora dicitur ante missam : nisi in dominicis diebus et in festiviis.]⁴²*

Ad nonam.

[*Hymnus. Rerum Deus.*] [149].

AS:pl.e.; 1519:20v; 1531:9v; 1531-P:13v.

Ant.
IV.v.

5320.

V E-ni Dómi-ne * et no-li tardá-re : re-lá-xa fa-ci-
nó-ra ple-bis tu-e Isra-el. *Ps. Mirabília. (cxvij. ix.)* [150].

Capitulum. Esaie 2. [3.]

<p>V Eníte ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Jacob : et docébit nos vias suas, et</p>	<p>ambulábimus in sémitis ejus : quia de Syon exhíbit lex, et verbum Dómini de Hierúsalem.</p>
--	--

[R. Super te Hierúsalem. [155].

X. Dómine Deus virtutum.]⁴³ [155].

Iste hore dicantur supradicto modo quotidie usque ad vigiliam nativitatis Domini : quando de feria agitur : cum orationibus dominicalibus.

¶ *Ad vesperas.*

Ant. Inclinávit. [319].

Ps. Diléxi quóniam. (cxiiij.) [319].

Et alie antiphone ut in psalterio notantur.

Capitulum. Hierem. 23. [6.]

<p>JN diébus illis salvábitur Juda, et Israel habitábit confidénter, et hoc est nomen quod vocábunt eum :</p>	<p>Dóminus justus noster. [R. Deo grátias.]</p>
---	---

Ebdomada j. adventus Domini.

Hoc capitulum dicitur quotidie ad vesperas per adventum nisi in sabbatis et in dominicis et festis et commemorationibus.

R. Tu exúrgens Dómine. 86.

Hymnus. Cónditor alme. 11.

V. Roráte celi désuper. 12.

AS:18, pl.e.; 1519:21r; 1531:9v.⁴⁴


3481.

Ant.

VII.i.



Ierú-sa-lem * réspi-ce ad o-ri- éntem : et vi-de



al-le-lú-ya. *Ps. Magníficat.* 67*.

Preces et orationes ut supra ad matutinas. 100.

Memoria beate Marie.

AS:16; 1519:15r; 1531:9v.

3863.

Ant.


VIII.i.



E tíme- as * Ma- rí- a : inve-ní-sti grá- ti- am



a-pud Dómi-num, ecce concí-pi- es et pá-ri- es Fí-li- um



al-le-lú-ya.

V. Egrediétur virga. 19.

Oratio. Deus qui de beáte Maríe. 19.

Memoria omnium sanctorum.

Ant. Ecce Dóminus véniet. 24.

V. Ecce apparébit Dóminus. 24.

Oratio. Consciéntias nostras. 24.

Hic ordo memoriarum scilicet de sancta Maria et de omnibus sanctis observetur quotidie ad vesperas et ad matutinas [tantum]⁴⁵ usque ad vigiliam natalis Domini quando de feria agitur, et etiam in octavis sancti Andree : nisi quod antiphona Ave María. dicitur ad primum O. [ubicunque incipiatur]⁴⁶ et tunc nulla fit memoria de omnibus sanctis.

C Supradictus ordo capitulorum, hymnorum, *R.* et *V.* ad vesperas et ad matutinas et ad alias horas hujus ferie servetur quotidie usque ad vigiliam natalis Domini quando de feria agitur [nisi in jejunio quatuor temporum : tunc enim dicitur oracio de jejunio].⁴⁷

C *Feria iij.*

[*Ad matutinas.*]

Invit. Regem ventúrum. 97.

Ps. Veníte. 35*.

Hymnus. Verbum supérnum. 39.]

Super nocturnum ant. Ut non delínquam. [201].

Ps. Dixi custódiam. (xxxviij.) [201]. *ut in psalterio notantur.*

V. Egrediétur virga de radíce [Jesse.

8044.

R. Et flos de radíce ejus ascéndet.]

Lectio prima. [*Legenda iij. Esaie 2. 1-4.*]

V Erbum Dómini quod vidit Esáyas filius Amos : super Judam et Hierúsalem. Et erit in novíssimis diébus preparátus mons domus Dómini in vértice

móntium : et elevábitur super illos. Et fluent ad eum omnes gentes : et ibunt⁴⁸ pópuli multi et dicent : Veníte ascendámus ad montem Dómini et ad domum Dei Jacob : et

docébit nos vias suas et ambulábimus
in sémitis ejus, quia de Syon exhbít
lex, et verbum Dómini de Hierúsalem.
Et judicábit gentes : et árguet pópulos
multos. Et conflábunt gládios suos in

vómeres : et lánceas suas in falces.
Non levábit gens contra gentem
gládium : nec exercebúntur ultra ad
prélium. Hec dicit Dóminus.

Responsorium. Súscipe verbum virgo. v. 55.

Lectio secunda. [Esaie 2. 5-9.]

Domus Jacob veníte et ambu-
lémus in lúmine Dómine Dei
nostri. Projecísti enim pópulum
tuum domum Jacob quia repléti sunt
ut olim, et áugures habuérint ut
Philístiim : et púeris aliénis
adhesérunt. Repléta est terra argénto
et auro : et non est finis thesaurórum

ejus. Et repléta est terra ejus equis :
et innumerábiles quadríge ejus et
repléta est terra ejus idólis. Opus
mánuum suárum adoravérunt : quod
fecérunt dígiti eórum. Et incurvávit
se homo, et humiliátus est vir. Ne
ergo dimíttas eis. Hec dicit.

R. Salvatórem expectámus. vj. 57.

Lectio iij. [Esaie 2. 10-16.]

Ingrédere in petram et abscón-
dere in fossa humo a fácie timórís
Dómini : et a glória majestátis ejus.
Oculi sublímis hóminis humiliáti
sunt : et incurvábitur altitúdo vi-
rórum. Exaltábitur autem Dóminus
solus in die illa quia dies Dómini
exercítuum super omnem supérbum
et excélsum : et super omnem arro-
gántem, et humiliábitur : et super

omnes cedros Líbani sublímes et
eréctas, et super omnes quercus
Basam, et super omnes montes ex-
célos, et super omnes colles elevátos :
et super omnem turrim excélsam, et
super omnem murum munitum, et
super omnes naves Tharsis : et super
omne quod visu pulchrum est. Hec
dicit Dóminus.

R. Audíte verbum Dómine gentes. vij. 60.

C In laudibus.

Ant. Secúndum magnam misericórdiam tuam. [213].

Ps. Miserére. (l.) [173]. et cetere antiphone cum suis psalmis ut in psalterio notantur. [214].

Capitulum. Ecce dies véniant. 99.

Hymnus. Vox clara ecce íntonat. 67.

V. Vox clamántis in déserto.

[*R.* Parate viam. *&c.*]⁴⁹ 68.

AS:18; 1519:21r; 1531:9v.⁵⁰

Ant.
L.iv.

3606.

E- va * Hie-rú-sa-lem ó-cu-los et vi-de po-tén-
ci- am re-gis : ecce Salvá-tor ve-nit sólve-re te a víncu-lo.

Ps. Benedíctus. 52*.

[*Oratio.* Excita quésumus. 14.]

C Ad vesperas.

Ant. In domum Dómini. [325]. *Ps.* Letátus sum. et cetere antiphone cum suis psalmis sicut in psalterio notantur.

Capitulum. In diébus illis. 107.

R. Tu exúrgens Dómine. 86.

Hymnus. Cónditor alme. 11.

V. Roráte celi désuper. 12.

AS:18; 1519:21v; 1531:9v.⁵¹

4429.



Uéri-te Dómi-num * dum inve-ní-ri po-test : invo-cá-
te e- um dum prope est al-le- lú-ya. Ps. Magníficat. 6o*.

Oratio ut supra. 14.

¶ Feria iiij.

[*Ad matutinas.*]

[*Invit.* Regem ventúrum. 97.

Ps. Veníte. 35*.

Hymnus. Verbum supérnum. 39.]

[10r.] [*Super nocturnum*]⁵² ant. Avértet Dóminus. [221].

Ps. Dixit insípiens. (*lij.*) et cetere antiphone ut in psalterio notantur. [221].

V. Egregiétur Dóminus de loco sancto suo. [40].

Lectio prima. Esaie 2. [17–22.] Legenda 4.

ET incurvábitur sublímitas hóminum : et humiliábitur altitúdo virórum. Et elevábitur Dóminus solus in die illa : et idóla pénitus conteréntur. Et introíbunt in spelúncas petrárum et in vorágines terre a fácie formídinis Dómini, et a glória majestátis ejus : cum surréxerit percútere terram. In die illa proíciet homo idóla argénti sui, et

simulácrum auri sui que fécerat sibi : ut adoráret talpas et vespertilioñes. Et ingrediétur petrárum fissuras. Et in cavérnas saxórum, a fácie formídinis Dómini et a glória majestátis ejus : cum surréxerit percútere terram. Quiéscite ergo ab hómine cujus spíritus in náribus ejus [est]⁵³ : quia excélsus reputátus est ipse. Hec [dicit Dóminus].

R. Ecce virgo. ut supra viij. 62.

Lectio ij. Esaie 3. [1-5.]

Ccce enim dominátor Dóminus exercítuum áuferet ab Hierúsalem : et a Juda válidum et fortē omne robur panis, et omne robur aque : fortē et virum bellatórem et júdicem et prophétam et aríolum et senem, príncipem super quinqua-gínta, et honorábilem vultu et consiliárium, et sapiéntem de architéctis,

et prudéntem elóquii místici. Et dabo púeros príncipes eórum : et effemináti dominabúntur eis. Et córruet pópolus vir ad virum : [et] ⁵⁴ unusquísque ad próximum suum. Tumultuábitur puer contra senem : et ignóbilis contra nóbilem. Hec dicit Dóminus.

AS: pl.c.; 1519:13v; 1531:10r.⁵⁶


2. Resp.



V.

7305.


B-sécro * Dó-mi-ne mitte quem missú-



rus es : vi-de afflicti- ó-nem pó-pu-li tu- i.



†Si-cut lo-cu-tus es ve- ni et lí-be-ra nos. ¶ A so-lis



ortu et occá-su : ab aquí-ló- ne et ma- ri. †Si-cut.

7035a.

Lectio iij. [Esaie 3. 6-12.]

Aprehéndet enim vir fratrem suum, domésticum patris sui : et dicet Vestiméntum tibi est princeps

esto noster : ruína autem hec sub manu tua. Et respondébit in die illa : dicens, Non sum médicus, et in domo

mea non est panis neque
vestiméntum : nolíte constitúere me
príncipem pópuli. Ruit enim Hie-
rúsalem et Juda concídit : quia língua
eórum et adinventíones eórum contra
Dóminum, ut provocárent óculos
majestátis ejus. Agnítio vultus eórum
respondébit eis : et peccátum suum
quasi Sódoma predicavérunt, nec

abscondérunt. Ve ánime eórum :
quóniam réddita sunt eis mala. Dícite
justo quóniam bene : quóniam
fructum adinventíónum suárum
cómedet. Ve ímpio in malum :
retribútio enim mánuum ejus fiet ei.
Pópulum meum exactóres sui spolia-
vérunt : et mulíeres domináte sunt eis.
Hec [dicit Dóminus].

AS:pl.c.; 1519:13v; 1531:10r.⁵⁷

3. Resp. VIII.


6066.  - li- é-ni * non transí-bunt per Hie-rú-sa-lem


ámpli- us. †Nam in il-la di- e stil-lá- bunt mon- tes

dulcé- di- nem. ‡Et colles flu- ent lac et

6066a. mel di- cit Dómi- nus. ¶ E-go vé-ni- am

di-cit Dómi- nus : et sa-ná-bo contri-ti- ónes pól- pu- li





C Et si aliquod festum sanctorum⁵⁸ in aliqua predictarum feriarum contigerit unde fieri debeat servitium, seu aliqua commemoratio⁵⁹ facta fuerit in eisdem : deinceps non servetur ordo feriarum in lectionibus legendis et in V. et R. cantandis in feriis subsequentibus, sed servetur ordo V. et R. et lectionum ita tamen quod R. feriale non omittantur et semper si tot ferie vacaverint per ebdomadam quod R. de iij. nocturno historie dominicalis per ebdomadam cantentur : tunc ibi dicantur⁶⁰ R. feriale. [Hoc eciam generale sit per totum annum.]⁶¹ Si vero⁶² iij. ferie per unam ebdomadam non vacaverint tunc in secundo nocturno quando de feria agitur vel in primo nocturno cum ibi nisi una sola feria per ebdomadam ad hoc vacaverit [tunc]⁶³ dicantur R. feriale. Quod per totum annum observetur : quando R. de hystoria dominicali per ebdomadam cantantur tantum : tamen per estatem non dicitur nisi unum solum R. feriale per ebdomadam quando hystoria duratura fuerit. Si vero duratura non fuerit : omnia R. feriale si necesse fuerit in una feria ad matutinas dicantur.

Et notandum est quod R. feriale non dicuntur : donec omnia R. hystorie dominicalis dicantur : quod per totum annum observetur.

[Ad matutinas tamen nunquam dicuntur iij. Responsoria feriale simul : nec dicuntur Responsoria feriale priusquam tota hystoria cantetur. Cum vero nulla feria vacaverit : tunc omnino pretermittantur. Unde vero hystoria duratura non fuerit et nulla feria infra hoc tempus vacaverit nisi una sola feria tunc ibi dicuntur R. feriale ut in hiis historiis. In principio. Adapériat. Vidi Dóminum. Et si fuerit iij. R. feriale in una feria cantando unum pretermittatur.]⁶⁴

In laudibus.

Ant. Amplius lava me. [234].

Ps. Miserére. (l.) et cetere antiphone ut in psalterio notantur. [173].

Ebdomada j. adventus Domini.

Capitulum. Ecce dies. 99.

Hymnus. Vox clara. 67.

V. Vox clamantis. 68.

AS:19; 1519:21v; 1531:10r.⁶⁵

2119. Ant. II.i.

E Sy-on ex-í-bit lex : * et verbum Dómi-ni de
Hie-rú-sa-lem. Ps. Benedíctus. 54*.

[*Oratio.* Excita quésumus. 14.]

Ad vespertas.

Ant. Beátus vir. [331].

Ps. Nisi Dóminus edificáverit. (cxxvj.) *ut in psalterio notantur.* [331].

Capitulum. In diébus illis. 107.

R. Tu exúrgens. 86.


Hymnus. Cónditor. II.

V. Roráte celi désuper. 12.

AS:19; 1519:22r; 1531:10r.⁶⁶

5339. Ant. VIII.ii.

E ni- et * fórti- or me post me, cu-jus non sum
dignus sólve- re cor-rí-gi- am cal-ci- amentó-rum e-jus.



Ps. Magnificat. 69.*

[*Oratio. Excita quésumus. 14.*]

¶ Feria v.

[*Ad matutinas.*]

[*Invit. Regem ventúrum. 97.*]

Ps. Veníte. 35.*

Hymnus. Verbum supérnum. 39.]

Super nocturnum antiphona. Dómine Deus. [241].

Ps. Salvum me fac. ij. (lxvij.) [241]. et cetere antiphone ut in psalterio notantur.

Versus et Responsoria que in ij. feria per ordinem dicuntur, ut supra dictum est. 97.

Lectio j. Esaie 3. [12–17.] Legenda v.

Opule meus qui beátum te dicunt ipsi te decípiunt : et viam gréssuum tuórum dísipant. Stat ad judicándum Dóminus : et stat ad judicándos pópulos. Dóminus ad judícium véniet cum séníbus pópuli sui : et princípibus ejus.
[10v.] Vos enim depásti estis víneam meam : et rapína páuperis in domo vestra. Quare attéritis pópulum meum et fácies páuperum commólitis, et con-

fúnditis dicit Dóminus Deus exer-cítuum ? Et dixit Dóminus, Pro eo quod eleváte sunt filie Syon, et ambulavérunt exténto collo : et nútibus oculórum ibant, et plaudébant et ambulábant et pédibus suis com-pósito gradu incedébant : decalvábit Dóminus vérticem filiárum Syon : et crinem eárum nudábit. Hec dicit Dóminus.

Lectio secunda. [Esaie 3. 18–26.]

IN die illa áuferet Dóminus or-naméntum⁶⁷ calciamentórum : et lúnulas, et torques, et monília, et armíllas, et mitras, et discriminália, et perischélides, et murénulas, et ol-

factorióla, et ínaures, et ánnulos, et gemmas in fronte pendéntes, et mutatória, et palíola, et lintheámina, et acus, et spécula, et sindónes, et vittas, et terístra. Et erit pro suávi

odóre fetor : et pro zona funículus : et pro crispánti crine calvítium, et pro fáscia pectoráli cilícium. Pulchérri mi quoque viri tui gládio cadent : et

fortes tui in prélio. Et merébunt atque lugébunt porte ejus : et desoláta in terra sedébit. Hec dicit.

Lectio iij. [Esaie 4. 1–3.]

Apprehéndent septem muléres virum unum in die illa⁶⁸ : dicéntes, Panem nostrum comedémus et vestiméntis nostris operiémur : tantúm-modo invocéetur nomen tuum super nos, aufer opprórium nostrum. In die illa erit germen Dómini in magnificéntia et glória : et fructus

terre sublímis, et exultátio his qui salváti fúerint de Israel. Et erit, Omnis qui relíctus fúerit in Syon, et résiduus in Hierúsalem : sanctus vocábitur omnis qui scriptus est in vita in Hierúsalem. Hec dicit [Dóminus].

In laudibus.

Ant. Tibi soli peccávi. [256].

Ps. Miserére. (*l.*) [173]. *et cetere antiphone ut in psalterio notantur.*

Capitulum Hymnus X. ut supra in ij. feria. 99.

AS:19; 1519:22r; 1531:10v.⁶⁹

1709. Ant. IV.v.

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large initial 'G' and ends with a fermata. The second staff continues the melody. The lyrics are written below the staves: 'Ene-dicta tu * in mu-li- é-ri-bus : et be-ne-díc-tus'.

fructus ventris tu- i. *Ps.* Benedíctus. 59*.

[*Oratio. Excita quésumus. 14.*]

C Ad vespertas.

Ant. Et omnis. [337].

Ps. Meménto. (cxxvj.) et alie antiphone ut in psalterio notantur. [337].

Capitulum, R̄. Hymnus, et V̄. ut supra in secunda feria. 107.

AS:19; 1519:22r; 1531:10v.⁷⁰

Ant. IV.v.

X-pectá-bo Dómi-num * Salva-tó-rem me-um :
et presto-lá-bor e- um dum prope est al-le-lú-ya.

Ps. Magníficat. 60*.

[*Oratio. Excita quésumus. 14.*]

¶ Feria vj.

[*Ad matutinas.*]

[*Invit. Regem ventúrum. 97.*

Ps. Veníte. 35.*

Hymnus. Verbum supérnum. 39.]

Super nocturnum ant. Exultáte Deo. [265].

Ps. Ipsum. (lxxx.) et cetere antiphone ut in psalterio notantur. [265].

V̄. et R̄.⁷¹ per ordinem dicantur ut supra dictum est. 97.

Lectio j. Esaie 4. [4–6.] Legenda vj.⁷²

 I ablúerit Dóminus sordes⁷³
filiárum Syon et sanguinem
Hierúsalem láverit de médio
ejus : in spíritu judícií et spíritu
ardórís.⁷⁴ Et créabit Dóminus super

omnem locum montis Syon, et ubi
invocátus est nubem per diem : et
fumum et splendórem ignis flam-
mántis in nocte. Super omnem enim
glóriam protéctio, et tabernáculum

erit in umbráculum diéi ab estu, et in securitátem et absconsiónem a túr-

bine et a plúvia. Hec dicit Dóminus.

Lectio secunda. [Esaie 5. 1–6.]

CAntábo dilécto meo cánticum patruélis mei : vínee sue. Vínea facta est dilécto meo in cornu filio ólei. Et sepívit eam et lápides elégit ex illa et plantávit víneam éléctam, et edificávit turrim in médio ejus : et tórcular extrúxit in ea. Et expectávit ut fáceret uvas : et fecit labrúscas. Nunc ergo habitatóres Hierúsalem et viri Juda : judicáte inter me et víneam meam. Quid est quod ultra débui

fáceré vínee mee, et non feci ei ? An quod expectávi ut fáceret uvas, et fecit labrúscas ? Et nunc osténdam vobis : quid ego fáciám vínee mee. Auferam sepem ejus : et erit in direptióne. Díruam macériam ejus : et erit in conculcatióne. Et ponam eam de-sértam : et non putábitur neque fodi-étur. Et ascéndent super eam vepres et spine : et núbibus mandábo ne pluant super eam imbrem. Hec dicit.

Lectio iij. [Esaie 5. 7–10.]

Vinea enim Dómini exercítuum, domus Israel est : et viri Juda germen ejus delectáibile. Et expec-távi ut fáceret judícium, et ecce iníquitas, et justícam, et ecce clamor. Ve qui conjúngitis domum ad domum : et agrum agro copulátis : usque ad téminum loci. Nunquid habitábitis soli vos in médio terre ?

In áuribus meis sunt hec : dicit Dóminus exercítuum. Nisi domus multe desérte fúerint : grandes et pulchre absque habitatóre. Decem enim júgera vineárum fácient lagúnculam unam : et trigínta módi seméntis fácient módios tres. Hec dicit [Dóminus].

In laudibus.

Ant. Spíritu principáli. [279].

Ps. Miseré mei. [173]. et alie antiphone ut in psalterio notantur.

Capitulum, hymnus et Ḫ. ut supra. 99.

AS:20; 1519:22r; 1531:10v.⁷⁵

Ant.
I.i.



C- ce * vé-ni- et De-us et ho-mo de domo Da-vid :
 sé-de-re in thro-no al-le- lú-ya. *Ps. Benedíctus.* 52*.

2549.

[*Oratio. Excita quésumus.* 14.]

Ad vesperas.

[*Ad vesperas in sexta feria*]⁷⁶ *Quando non fit plenum servitium de sancta Maria nec de aliquo sancto ut⁷⁷ in vigiliis et quatuor temporibus et etiam per totam quadragesimam [11r.] super psalmos antiphona. In conspéctu. [344].*

Ps. Confitébor. iij. et cetere antiphone ut in psalterio notantur. [344].

*Capitulum. R. Hymnus et V. ut decet.*⁷⁸ 107.

Ad vesperas que erunt de sancta Maria vel festo ix. lectionum fiat memoria de adventu cum hac antiphona.

AS:20, 21; 1519:23r; 1531:11r.⁷⁹

Ant.
IV.ix.



Egypto * vo-cá-vi Fí-li- um me- um : vé-ni- et ut
 salvet pópu-lum su- um. *Ps. Magníficat.* 60*.

2743.

[*V. Roráte celi désuper.*]⁸⁰ 12.

*Oratio [Excita quésumus.]*⁸¹ *ut supra.* 14.

¶ *Sabbato.*

[*Ad matutinas.*]

Quando non fit plenum servitium de sancta Maria : nec de aliquo festo ix. lectionum, ut in vigiliis et in iij. temporibus et etiam per totam xl. super nocturnum ant. Quia mirabilia. [289].

Ps. Cantáte. ij. (xcvij.) [289]. et alie antiphone ut in psalterio notantur.

¶ *In laudibus.*

Ant. Benigne fac. [303].

Ps. Miserére. [173]. et cetere antiphone que sequuntur ut in psalterio. [304].

Capitulum, Hymnus, X. ut decet. 99.

AS:20; 1519:23r; 1531:11r.⁸²

4969. Ant. IV.viii. 



Y- on * no-li timé-re : ecce De-us tu- us vé-ni- et
al-le- lú-ya. *Ps. Benedíctus. 59*.*

X. Vox clamántis.⁸³ 68.

Oratio. Excita quésumus Dómine. 14.

Supradictus ordo antiphonarum et psalmorum in nocturnis ad matutinas et ad vesperas servetur per totum annum in feriis sive de feria agitur sive de festo iij. lectionum sine psalmo Te Deum. excepto paschali tempore et excepta octava die sancti Andree : et singulis⁸⁴ commemorationibus beate Marie et sancti loci : servetur etiam predictus ordo in laudibus tantum in omnibus feriis per annum quando de feria agitur in laudibus nisi in tertia ebdomada adventus Domini : et in prima⁸⁵ ebdomada ante pascha, et nisi in vigilia nativitatis Domini et in tempore paschali [et nisi in fetis trium lectionum que contingent a lxx. usque ad xl. et nisi in vigiliis sanctorum a festo sancte Trinitatis usque ad

adventum Domini : et nisi in festis Romani, Tecle, Bertini, et Petronille : quando extra tempus paschale contigerint].⁸⁶

C Sciendum est quod per totum annum solet fieri plenum servitium in choro de festo⁸⁷ loci semel in qualibet ebdomada ubi convenientius possit celebrari : ut in collegiis prebendis,⁸⁸ et in ecclesiis parochialibus ubicunque etiam sit ecclesia dedicata in honore alicujus alterius sancti quam de sancta Maria. Quod minus plene continetur in ordinalibus Sarum cum ecclesia cathedralis Sarum in honore beate Marie sit dedicata.

Impeditur autem ista predicta commemoratio illis de causis quibus commemoratio beate Marie impeditur : ut inferius patebit, cum sit ejusdem dignitatis scilicet cum regimine chori et fiat predictum servitium de propria hystoria si habeatur : sin autem de communi ut sic.

C Ad vesperas super psalmos feriales illa sola antiphona que intitulatur in festo ejusdem super psalmos ad j. vesperas. Ita tamen quod si festum quinque habeat antiphonas in propria hystoria super psalmos ad primas vesperas tunc habeat hic primam antiphonam super psalmos feriales. Et cetera [omnia]⁸⁹ sicut in festo ejusdem : preter R. quod non dicetur.

Tamen si illud festum habeat vigiliam non dicitur oratio de vigilia sed oratio de die dicitur. Excepto quod ubi fit commemoratio de sancto Johanne baptista dicitur oratio de vigilia quia oratio de die non convenit commemorationi et sic de consimilibus.

Ubi etiam fit commemoratio de apostolis Petro et Paulo : oratio que est in octava die eorundem dicatur. Et quando fit commemoratio omnium sanctorum tunc ad primas vesperas super psalmos feriales dicitur ista antiphona Sancti Dei omnes.⁹⁰ [195]. et cetera omnia ut supra cum ista oratione Concéde quésumus omnípotens Deus.⁹¹
Missale:306.

Nulla fit memoria nisi quando in aliquo festo iij. lectionum vel infra octavas sine regimine chori celebretur : tunc [enim]⁹² fiet memoria de festo sive de octava. Tamen infra adventum [Domini]⁹³ fiat memoria de Adventu et de sancta Maria [solenniter].⁹⁴ Similiter a circuncisione Domini fiat memoria de sancta Maria usque ad purificationem beate Marie, nisi in die epyphanie, et ab octavis pasche usque ad ascensionem Domini fiat memoria de resurrectione de quocunque fit servitium, nisi in inventione sancte crucis ut inferius patebit.

[**C** Completorium temporale non mutatur.]⁹⁵

C Ad matutinas omnia fiant sicut in festo ejusdem cum ix. antiphonis et ix. psalmis et primo versu cum primis tribus lectionibus et tribus primis R^c. et V. de die ante laudes.

In laudibus una sola antiphona super omnes psalmos &c.

Ita tamen quod in toto tempore paschali dicatur sola prima antiphona cum tribus primis psalmis et tribus primis lectionibus et tribus primis R^c. que terminentur cum Alleluya.⁹⁶

Ante laudes vero V. sicut in prima die.⁹⁷ In laudibus hec sola antiphona que dicitur primo in laudibus in festo ejusdem dicitur hic super omnes psalmos.

Cetera omnia ad matutinas⁹⁸ et ad omnes alias horas sicut in festo ejusdem annotatum est expleantur : cum hac antiphona semper extra octavas sancte Trinitatis ant. Te jure [99]. super psalmum Quicunque.⁹⁹ [Infra octavam sancte Trinitatis dicitur ant. super psalmum Quicunque vult. O beata. [100]. Si vero festum habeat octavas : omnia fiant sicut infra octavase annotatum est cum predicta ant. super Quicunque vult.]¹⁰⁰

Si vero festum habeat octavam omnia fiant sicut infra octavas annotatum est cum predicta antiphona super psalmos feriales ad vesperas et cum predicta antiphona super psalmum Quicunque. [100].

C Sciendum est etiam quod in singulis ebdomadis per adventum nisi in tertia ebdomada fiat plenum servitium de beata Maria semel in conventu. In quarta etiam ebdomada si dies natalis Domini iij. feriam excesserit : tunc in aliqua feria precedente ipsius ebdomade fiat predictum servitium : similiter ab octavis epyphanie usque ad quinquagesimam¹⁰¹ et ab octavis pasche usque ad ascensionem Domini : et a festo sancte Trinitatis usque ad adventum Domini, et hoc in sabbato nisi tale festum intercurrat vel impedierit unde ix. lectiones, vel iij. lectiones cum regimine chori fieri debeant vel unde R^c. propria vel proprie laudes habeantur, vel jejunium iiij. temporum : vel vigilie sanctorum sive de temporali [11v.] impedierint. Vel si festa sanctorum Johannis et Pauli, Ypoliti sociorumque ejus, vel Bricii in sabbato contigerit servitium de eis dicatur. [In festo vero beate virginis nulla fiat memoria de commemoratione ejusdem quando fit in crastino.]¹⁰² Cum autem in ipsis sabbatis propter hec predicta impedimenta servitium de sancta Maria fieri non poterit : tunc in aliqua feria ipsius ebdomade ubi convenientius possit celebrari celebretur semper sine aliqua memoria nisi cum fuerit festum vel octava alicujus sancti iij. lectionum sine regimine chori, quod in ipsa die contigerit tunc enim fiat memoria de octava vel de festo tantum. Nulla enim fiat memoria de cruce neque de sancto loci : nec de omnibus sanctis, tamen per adventum fiat memoria de adventu sed non de omnibus sanctis. Et etiam in

tempore paschali fiat memoria de resurrectione sed non de cruce nec de omnibus sanctis. Fiat autem predictum¹⁰³ servitium [de sancta Maria]¹⁰⁴ in ij. feria in l. si a festo vacaverit. Sin autem fiat tunc in ij. feria precedente. [Et in dominica in quinquagesima dicuntur vespere de sancta Maria, et solennis memoria de dominica, nisi aliquod duplex festum in sabbato precedente forte contigerit.]¹⁰⁵ Fiat autem predictum servitium de sancta Maria in ij. feria in rogationibus : et in vj. feria scilicet in crastino octave ascensionis Domini : nisi aliquod festum cum regimine chori ibidem contigerit. Tamen quandocunque festum ij. lectionum in ij. feria in l. contigerit, et in ij. feria a festo vacaverit : tunc fiat plenum servitium de sancta Maria in ipsa ij. feria [nisi ubi agitur de festo loci].¹⁰⁶ Tamen sciendum est quod si aliquod festum cum regimine chori in aliqua ebdomada celebretur et in crastino plenum servitium de sancta Maria fieri debeat [licet dominica fuerit ut supradictum est]¹⁰⁷ : tunc in ipso festo sive Dominica fuerit sive non erunt vespere de sancta Maria et solennis memoria de festo vel de Dominica nisi duplex festum fuerit vel festum unde suas primas vespertas habere non poterit : et nisi in octavis epiphanie, ascensionis Domini, Corporis Christi [ubi sunt octave cum regimine chori]¹⁰⁸ et dedicationis ecclesie tunc enim fiat tantum memoria solennis de sancta Maria [semper solenniter]¹⁰⁹ cum hac antiphona.

AS:21; 1520-S:105r; 1531:11v.¹¹⁰

Ant. IV.iii. 5040.

Ub tu-am *pro-tecti- ónem confú-gimus : u-bi
infír-mi acce-pé-runt virtú-tem et propter hoc ti-bi
psál-limus De-i gé-ni-trix virgo.

Per adventum vero cum hoc V. Egrediétur virga. 19.

Oratio. Deus qui de beáte Maríe. 19.

[Et]¹¹¹ Ab octava epiphanie usque ad purificationem cum hoc V. Sancta Dei génitrix.

[194].

[*Et cum hac*]¹¹² *Oratio.* Deus qui salútis. [189].

In alio vero tempore anni cum hoc V. Sancta Dei génitrix. [194].

*Oratio.*¹¹³

Concéde nos [fámulos tuos, quésumus, Dómine Deus, perpétua mentis et cóporis salúte gaudére ; et gloriósa beáte Maríe semper vírginis

intercessióne a presénti liberári tristitia et etérrna pérfrui letítia. Per Christum Dóminum nostrum.]¹¹⁴

*Quotienscunque enim fit memoria de sancta Maria cum hac predicta antiphona scilicet Sub tuam protectiónem. non dicantur vespere de ea*¹¹⁵ *in choro licet duplex festum non fuerit.*¹¹⁶ *Alie vero vespere non erunt de commemoratione beate Marie.*¹¹⁷

*Nulla enim commemoratio totius anni suas habeat ij. vesperas nec etiam memoriam loco secundarum vespesarum.*¹¹⁸

*In festis vero beate Marie virginis [et in octavis et infra]*¹¹⁹ *nulla fit memoria de commemoratione ejusdem quando fit in crastino. [Nulla enim commemoratio totius anni de sancta Maria an de sancto loci suas habeat secundas vespertas nec etiam memoriam in loco secudarium vespesarum.]*¹²⁰

Quando vero fit plenum servitium de sancta Maria per totum adventum, ad vespertas super psalmos hec sola antiphona Prophéte predicavérunt. 201. Psalmi feriales. Capitulum Ecce virgo. 22.

[*Servitium plenum beate Marie.*]¹²¹

[¶ Statutum est in ecclesia Sarum quod commemoracio beate Marie fiet cum regimine chori per totum annum quando de ea fit plenum servicium et semper ad primas uesperas dicitur [una] antiphona super psalmos feriales. In aduentu ant. Prophete predicatorum. [467]. In ceteris anni temporibus ant. Post partum. [484].

Nunquam cum dicitur responsorium ulla fiat memoria nisi de aduentu et nisi aliquod festum trium lectionum eo die contigerit quo fit eius commemoracio : nec Placébo. nec Dírige. nisi pro corpore presenti. Cum commemoracio beate Marie fit alia feria quam in sabbato tunc ad secundas vesperas dicetur Placébo. [437]. et Dírige. nisi in crastinum† sequatur festum novem lectionum. Fiet autem plenum servicium de sancta Maria in conuentu per totum annum singulis ebdomadis semel nisi in tercia ebdomada aduentus. In quarta eciam ebdomada si dies natalis Domini feriam terciam excesserit tunc in aliqua precedencium feriarum fiat predictum servicium. Similiter fit plenum servicium in ebdomada semel ab octavis epiphanie usque ad quinquagesimam et ab octavis pasche usque ad dominicam ante ascensionem et *a festo* Trinitatis usque ad aduentum Domini. Solet autem hoc servicium fieri in sabbato si a festo novem lectionum [vel trium lectionum cum regimine chori] vel tali festo quod habeat propria responsoria vel proprias laudes vacaverit, et nisi in sabbatis quatuor temporum et in vigiliis sanctorum. Sin autem fiat predictum servicium in aliqua feria ebdomade ubi convenientius fieri poterit.

¶ Et sciendum quod propria responsoria post natalem Domini scilicet Misericordiam et judicium. 697. et responsoria post pascha scilicet Dicant nunc. 1459. et psalmi proprii qui ibidem notantur in sabbatis non dicantur, sed totum servicium fiet de sancta Maria. Antiquitus uero solebant dici quia tunc temporis nihil fiebat de sancta Maria in hiis sabbatis. Si autem in predictis temporibus in quibus singulis ebdomadis fieri debet plenum servicium de sancta Maria aliqua ebdomada euenerit que in festis sanctorum tota fuerit occupata et in sabbato propter predicta impedimenta fieri non poterit tunc in aliqua precedenti feria ubi convenientius fieri poterit ut predictum est fiat, et ad vesperas et ad matutinas fiat memoria de sancto qui eadem feria contingit evenire, ita tamen quod illud festum quod minus est in qualitate servicii omittatur.

¶ Per tocius anni spacium singulis diebus solent dici in conuentu vespere et matutine de sancta Maria nisi in duplicitibus festis in quibus nec ad primas vesperas nec ad matutinas nec ad secundas vesperas fit memoratio† in conuentu sed extra semper : et nisi a matutinis vigilio natalis Domini usque ad matutinas octauae beati Stephani et nisi in

Servitium plenum beate Marie.

vigilia epiphanie et nisi a tercia feria ante pascha usque ad matutinas in crastino octavarum ejusdem et nisi per octavas pentecostes. Cetere uero hore nunquam in choro dicuntur scilicet prima tercia sexta et nona et completorium nisi quando de ea fit plenum servitium.]¹²²

[*Ad primas vespertas.*]

Non dicitur Responsorium in commemoratione beate Marie [nec de festo loci].¹²³

Hymnus. Ave maris stella. {407}. [et incipiatur a dignoribus rectoribus chori stantibus conversis ad altare].¹²⁴

V. Egrediétur virga. 19.

Ant. Ne tímeas. 87.

Ps. Magnificat. 69.*

Oratio. Deus qui de beáte Maríe. 21.

Require antiphonam¹²⁵ et capitulum et orationem ut supra in dominica j. adventus Domini ad vespertas de sancta Maria. 21.

Memoria de aliquo sancto fiat si habeatur et postea de adventu.

[*Ad completorium.*]


Completorium de adventu non mutatur nisi quod in fine hymni dicitur Glória tibi Dómine, Qui natus. [367].

¶ *Ad matutinas.*


[Invitatorium dicitur ab illis duobus qui chororum regunt.]¹²⁶

AS:pl. β.; 1519:98r; 1531:11v.

1086. Invit.
IV.i.



N honó-re * be- a- tís-sime Ma- rí- e vírgi-nis.



†Ju-bi-lémus Dó-mi-no. T.P. Alle- lú-ya. Ps. Ve-ní- te. 13*.

Hymnus. Quem terra. {410}.

Servitium plenum beate Marie.

AS:19, pl. β; 1519:22r, 98r; 1531:11v.


1. Ant.

IV.v.



1709.

Ene-dicta tu * in mu-li- é-ri-bus : et be-ne-díc-tus



fructus ventris tu- i. Ps. Dómine Dóminus noster. (vij.) [17].

AS:pl. β; 1519:98r; 1531:11v.


2. Ant.

IV.v.



4942.

I-cut mir-ra e- lécta * odó-rem de-dís-ti su-a-vi-



tá- tis, sancta De- i Gé-ni-trix. Ps. Celi enárrant. (xvij.) [34].

AS:pl. β; 1519:98r; 1531:11v.


3. Ant.

IV.v.



4988.

Pe-ci- ó-sa facta es, * et su- á-vis : in de-lí-ci- is



tu- is sancta De- i Gé-ni-trix. Ps. Dómini est terra. (xxij.) [93].

Servitium plenum beate Marie.

AS:664, pl. γ.; 1519:98v; 1531:11v.

4 Ant.
VII.ii.
4987. 

Pé-ci- e tu- a * et pulchri-tú-di-ne tu- a : inténde
 próspe-re pro-cé-de et regna. *Ps.* Eructávit. (*xliv.*) [206].

AS:664, pl. γ.; 1519:98v; 1531:11v.

5. Ant.
VII.ii.
1282. 

D-ju-vá-bit e- am* De-us vultu su-o : De-us in
 mé-di- o e-jus non commo-vé-bi-tur. *Ps.* Deus noster
 refúgium. (*xlv.*) [207].

AS:pl. γ.; 1519:98v; 1531:11v.

6. Ant.
VII.ii.
4936. 


I-cut le-tánti- um * ómni- um nostrum ha-bi-tá-ti-
 o est in te sancta De- i gé-ni-trix. *Ps.* Fundaménta. (*lxxxvj.*) [270].

AS:pl. γ.; 1519:98v; 1531:11v.

7. Ant.
IV.iv.
2924. 

Aude Ma-rí- a vir-go : * cunctas hé-re-ses so-la

Servitium plenum beate Marie.



inter-emís-ti in u-ni-vérso mundo. *Ps. Cantáte. j. (xcv.) [278].*

AS:pl. γ.; 1519:98v; 1531:11v.


8. Ant.

IV.iv.



Igná-re me laudá-re te * virgo sacrá-ta : da michi

2217.



virtú-tem contra hostes tu-os. *Ps. Dóminus regnávit exúltet. (xcvj.) [278].*

AS:415; pl. j.; 1519:24r; 1531:11v.

9. Ant.

IV.iv.




O-rá-te ce-li dé-su-per, * et nu-bes plu- ant

4668.



justum : a-pe-ri- á-tur ter-ra et gérmi-net Salva-tó-rem.



Ps. Cantáte. ij. (xcvij.) [289].

[*Isti psalmi cum predictis antiphonis dicuntur per totum annum quando plenum servitium fit de sancta Maria excepta ultima antiphona que tantum per adventum dicitur. In aliis vero temporibus per annum super ultimum psalmum dicitur Ant. Post partum. et nisi in paschali tempore : tunc enim dicuntur tres psalmi tantum sub una antiphona secundum ordinem nocturnorum.]*¹²⁷

Versus. Egrediétur virga de radíce Jesse. 19.

Lectio prima. Beda super Lucam libro i. capite 3.¹²⁸

Issus est ángelus Gábriel a Deo in civitátem Galilée cui nomen Názareth, ad vírginem despónsátam viro cui nomen erat Joseph de domo David : et nomen vírginis María. Ad Maríam ergo Vírginem Gábriel míttitur : qui Dei fortitúdo nominátur. Illum quippe nunciáre veniébat : qui ad debellandas aéreas potestátes húmilis appáre dignátus est. De quo per Psalmistam dícitur, Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in prélio. Et rursus, Dóminus virtútum ipse est Rex glórie. Per Dei ergo fortitudinem nunciándus erat qui virtútum Dóminus¹²⁹ et potens in prélio contra aéreas potestátes ad bella veniébat. Multas ob causas non de símplici [12r.] vírgine : sed de despónsáta vóluit Dóminus nasci. Primo vidélicet ut per generatiómem Joseph cuius cognáta María erat : Maríe quoque noscerétur orígo. Neque enim mos est sacre scriptúre : genealógiam feminárum téxere. Nam et de utróque intélligi potest : quod dícitur de domo David. Deinde ne velut adúlera lapidarétur a Judéis : malens áliquos de ortu suo quam de pudóre dubitáre paréntis. Simul et virgínibus impudícis occasiómem tollens : ne

matrem quoque Salvatóris dícerent falsis suspicíonibus infamátam. Tértio ut in Egýptum iens et inde rédiens : habéret viri solátium, qui integerrime virginitatis custos páriter ac testis exísteret. Quarto ne partus ejus diábolo patéret, et ne quasi eum de vírgine natum cognósiceret : et fórsitan quasi céteris homínibus eminentiòrem morti trádere timéret. María autem Hebráice Stella Maris : Syriace vero Dómina vocáatur. Et mérito : quia totius mundi Dóminum, et lucem séculis méritus generáre perénnem. Et ingréssus ángelus ad eam dixit, Ave grátia plena Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus. Bene grátia plena vocáatur : que nimírum grátiam quam nulla ália merúerat asséquitur, ut ipsum vidélicet grátie concípiat et géneret auctórem. Que cum audísset : turbáta est in sermóne ejus.¹³⁰ Disce Vírginem móribus, disce Vírginem verecúndia : disce Vírginem oráculo, disce mystério. Trepidáre vírginum est : et ad omnes viri ingréssus pávere.¹³¹ Disce verbórum Virgo vitáre lascíviam. Et María étiam salutatiómem ángeli verebátur. Erat tamen cónítans (inquit) qualis esset hec salutatio. Et ídeo cum verecúndia illud faciébat :

quia pavébat. Cum prudéntia : quia benedictiónis novam fórmulam

mirabátur, que nusquam lecta est, nunquam ante compérta.

R. Missus est. iij. de dominica prima adventus. 50.

Lectio secunda.¹³²

PE tímeas María. Quia salutatióne insólita ut pote que ei servabátur víderat turbátam : quasi familiárius notam vocans ex nómine ne timére débeat jubet. Et quia grátia plenam vocáverat : eándem grátiam et ástruit plénius et ubérius éxplicat dicens, Ecce concípies in útero et páries filium : et vocábis nomen ejus Jesum. Jesus Salvátor interpretátur : sive Salutáris. Cujus sacraméntum nóminis, álloquens Joseph angelus expósuit. Ipse enim (ínquiens) salvum fáciet pópulum suum, a peccátis eórum. Non ait pópulum Israel, sed pópulum suum, hoc est in unitátem fidei ex prepútio et circuncisióne vocátum : quibus ex divérsa parte congregátis fieret unum ovíle et unus pastor. Hic erit magnus : et filius Altíssimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : et regnábit in domo Jacob in etérnum, et regni ejus non erit finis. Non autem ídeo futúri témporis verbis Jesus magnus extitúrus, Fílius Altíssimi vocándus, sceptrum David acceptúrus, et in domo Jacob regna-

túrus asséritur : quia (juxta quod herétici sápiunt atque a veritáte desípiunt) Christus ante Maríam non fúerit : sed quia homo assúmptus in Dómino clarificátus est ea claritaté quam verbum Dei hábuit priúsqam mundus esset apud Patrem. Hoc est : ut idem Fílii nomen eándem Christi persónam homo cum Deo plenus grátia et veritáte sortirétur. Quod eúndem ipsum patrem habére David, quem Fílium Altíssimi vocári pronúnciat : in duábus útique natúris unam Christi persónam demónstrat. Accépit autem sedem David, ut nimírum gentem cui David, quandam et filii ejus temporális gubernácula regni prebuérunt : ipse perpétuum vocáret ad regnum, quod ei ¹³³ parátum est ab orígine mundi. Domum autem Jacob totam ecclésiam dicit : que vel de bona radíce nata, vel cum oleáster esset, mérito tamen fidei in bonam insérta est olívam. Quómodo fiet istud : quóniam virum non cognósco ? Propósitum sue mentis reverénter expónit : vitam vidélicet virginálem se dúcere

decrevísse. Que quia prima feminárum tante se virtúti mancipáre curávit : jure singulári pre céteris

fémiris beatitúdine méruit excéllere.
Tu autem.

R. Ave María. iiiij. 53.

Lectio tertia.¹³⁴

QUÓmodo inquit fiet istud : quóniam virum non cognósco ? [12v.] Non ait unde hoc sciam : sed quómodo fiet inquit¹³⁵ : órdinem vidélicet obséquii cui subdátur inquiréns, non signum, cui créderet¹³⁶ flágitans. Spiritussánctus supervéniet in te : et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Non viríli inquit a Dómino cognoscéris sémine : sed Spiritussáncti in quo impléberis ópere concípies. Erit in te quidem concéptio : libido autem non erit. Concupiscéntie non erit estus : umbram¹³⁷ fáciet Spiritussánctus. Verum in eo quod ait, Et virtus Altíssimi obumbrábit tibi : potest étiam incarnáti Salvatóris utráque natúra designári. Umbra quippe, a lúmine solet et a córpore formári. Beáta ítaque Virgo,¹³⁸ quia quasi purus homo¹³⁹ plenitúdinem divinitátis cápere corporáliter nequíbat : virtus ei Altíssimi obumbrábat, id est incorpórea lux di-vinitatis, corpus in ea suscépit hu-manitatis. Ideóque quod nascétur ex

te sanctum : vocábitur Fílius Dei. Ad distinctionem nostre sanctitatis singuláriter sanctus nascitúrus asséritur. Nos quippe et si sancti effícimur, non tamen náscimur : quia ipsa natúre¹⁴⁰ corruptíbilis conditióne constríngimur. Et ecce Elízabeth cognáta tua : et ipsa concépit filium in senectúte sua.¹⁴¹ Ne se párere virgo¹⁴² diffidat, accípit exémplum stérilis paritúre : ut discat Deo ómnia possibília étiam que órdini natúre vidéntur esse contrária. Si quem vero scire juvat quómodo beáte Maríe cognátam dicant Elízabeth cum hec de domo David illa de filiábus Aaron originem dúxerit : animadvértat proavórum líberis ínvicem núptui tráditis, utrámque tribum potuisse contíngere. Ecce ancilla Dómini : fiat michi secúndum verbum tuum. Quanta cum devoti-óne humilitas que et ángeli promís-sum optat impléri : et seípsam que mater elígitur núcupat ancíllam : apertíssime insínuans, quia non mérito sibi véndicet.¹⁴³ Fiat inquit sine viri sémine concéptio in

Vírgine : nascátur de Spíritu Sancto
intégra carne sanctum : quod nascéatur
de hómine matre sine hómine patre

vocétur Fílius Dei. Tu autem Dó-
mine miserére.

R. Súscipe verbum. v. 55. [V. Glória. 94.]*

*[Require hec tria responsoria in prima dominica adventus Domini.]¹⁴⁴ Non repetatur
[tunc]¹⁴⁵ iij. Responsorium in commemoratione beate Marie : nec de festo¹⁴⁶ loci. Quod
per totum annum¹⁴⁷ et a lxx. usque ad pascha¹⁴⁸ observetur.*

[*Ante laudes.*]¹⁴⁹

V. Ora pro nobis, sancta Dei génitrix.

800319.

[R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.]

*Iste V. dicitur ante laudes quando fit plenum servitium de sancta Maria, per totum
annum [: nisi in die assumptionis et in octavis ejusdem].¹⁵⁰*

¶ In laudibus.

Hec sola antiphona Prophéte predicavérunt. 201.

Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [Eccl.] [45].

Capitulum. Ecce virgo concípiet. 22.

Hymnus. O gloriósa fémina.¹⁵¹ {431}.

V. Elégit eam. 77.

Ant. Spiritussánctus. 68.

Ps. Benedíctus. 68.*

Oratio. Deus qui de beáte Maríe. 19.

Memoria fiat sicut supradictum est ad vesperas. 128.

¶ Ad j.

Ant. Prophéte predicavérunt. 201.

Psalmi. Deus in nómine tuo. (lijj.) [95].

Beáti immaculáti. (cxvij. j.) [96].

Retribue. (cxvij. ij.) [97].

Ant. Te jure. [99].

Ps. Quicúnque vult. [100].

Capitulum. Regi seculórum. [104].

R. Jesu Christe. et dicitur cum cantu dominicali. [110].

V. Qui de Vírgine.

¶ Ad iij.

Ant. Missus est. 202.

Ps. Legem pone. (cxvij. iij.). [¶c.] [132].

Capitulum. Ecce virgo. 22.

R. Diffusa [est. *V.* Propterea].¹⁵² [912].

V. Spécie tua. 71.

Oratio. Deus qui de beáte Maríe. 19. [*et dicitur ad omnes horas*].¹⁵³

¶ Ad vj.

Ant. Angelus Dómini. 100.

Ps. Defécit. (cxvij. vj.). [¶c.] [141].

Capitulum. Egrediétur virga. 75.

R. Spécie tua. [*V.* Inténde.].¹⁵⁴ [913].

V. Adjuvábit eam. 76.

[*Oratio ut supra.* 19.]

¶ Ad ix.

Ant. Ave María. 19.

Ps. Mirabília. (cxvij. ix.). [¶c.] [151].

Capitulum. Non secúndum visióнем. 75.

R. Adjuvábit [eam. *V.* Deus in me].¹⁵⁵ [914].

V. Elégit eam. 73.

Oratio ut supra. 19.

Require omnia hec ad matutinas.

Cetere antiphone et capitulum ad commemorationem beate Marie in prima dominica adventus Domini.

Notes.

Notes, pages 97-136.

¹ In AS:16. 'Veníte adorémus' is set A.F.GA.GF.G.GG.F.

² US-II:19.

³ 1519:20r.

⁴ 1519:20r.

⁵ 'sancti', 1519:20r.

⁶ 1519:20r.

⁷ 1519:20r.

⁸ US-II:19.

⁹ SB:li. has 'Me' here and six lines later.

¹⁰ SB:lii.

¹¹ 1531:8v. omits 'tuum'. 'tuum' is present in Breviary 1516:9r.

¹² 'quasi', SB:liii.

¹³ 'feria tantum', 1519:20r.

¹⁴ 1519:20r.

¹⁵ 1519:20r.

¹⁶ 1519:20r.

¹⁷ 1519:20r.

¹⁸ 1519:20r.

¹⁹ 1519:20r.

²⁰ 1519:20r.

²¹ 1519:20r.

²² SB:liv.

²³ In AS:17. 'et' is set FG. Note that this antiphon, as it appears at the feast of the Annunciation, ends thus:



de Spí-ri-tu Sancto.

²⁴ US-II:19.

²⁵ US-II:19.

²⁶ The following preces are arranged on the basis of samples in AS and 1519.

²⁷ 1531:9r. includes *Pater noster*. directly after *Kyrieléyson*. and then repeats it here.

²⁸ 1531-P:46r.

²⁹ 1531-P:17v.

³⁰ Here 1531:9r. indicates 'Excítá quésumus'. But the prayer is more appropriately located where it is repeated below.

³¹ In 1531:9r. this prayer appears both before and after the preceding rubric.

³² SB:lv.

³³ 1519:20v.

Notes.

³⁴ 'Ant. Sanctus Spíritus.' US-II:20.

³⁵ 'matutinas' 1519:20v.

³⁶ 1519:20v.

³⁷ 1519:20v.

³⁸ US-II:21.

³⁹ 1519:20v.

⁴⁰ 1519:20v.

⁴¹ 1519:20v.

⁴² 1519:20v.

⁴³ 1519:21r.

⁴⁴ In BL-52359:10v. '-de alle-' appears a third higher.

⁴⁵ 1519:21r.

⁴⁶ US-II:21.

⁴⁷ US-II:21.

⁴⁸ SB:lviii. has 'ibunt ad eum pópuli'!

⁴⁹ 1519:21r.

⁵⁰ BL-52359:11r. has '... óculos tuos et ...'; 'tuos' is set E.D.

⁵¹ In AS:18. 'eum' is set AG.AG. 1519:21v. indicates the intonation as extending to 'potest'.

⁵² 1519:21v.

⁵³ *Vulgate*.

⁵⁴ *Vulgate* omits 'et'.

⁵⁵ SB:lxii; *Vulgate*.

⁵⁶ SB:lxii. has 'mitte Dóminus'.

⁵⁷ AS:pl. c. concludes ¶. *Ego véniam* with 'mei, dicit Dóminus.'

⁵⁸ 'simplex novem lectionum'. US-II:22.

⁵⁹ 'memoria' *Ordinale Sarum apud Defensorium Directorii* (1488, 1495) in Cap. 'Quod Lectiones de Temporali debent legi secundum ordinem, et non secundum titulationem feriarum.' [SB:lxii.]

⁶⁰ 'ibidem cantent', 1519:21v.

⁶¹ US-II:22.

⁶² 'autem', 1519:21v; US-II:22.

⁶³ 1519:21v.

⁶⁴ 1519:21v.

⁶⁵ In SB:lxiii. the antiphon ends 'Allelúya'.

⁶⁶ In AS:19. 'cujus' is set G.G. AS:19 indicates B, only at 'calciamentórum'. 1519:22r. indicates B, only at 'post'. No psalm-tone appears in AS:19. In BL-52359. 'Véniet' is set C.B.CDC; 'calciamentórum' is set A.G.A.Gf.A.AB,A. BL-52359:11v. has flats throughout after 'fórtior'.

⁶⁷ 'ornátum', 1531:10v.

⁶⁸ 'illa die', SB:lxiv.

Notes.

⁶⁹ SB:lxiv. includes 'Allelúya'. AS:19. indicates tone IV.iv. ST:xxvij. and 1519:22r. indicate tone IV.v.

⁷⁰ 1519:22r. has no B_b.

⁷¹ 'V. et lectiones' 1519:22r.

⁷² 1519:22r. indicates 'Lectio j. Et curvábitur homo.' This would appear to be an incorrect reference to Isaiah 5:15, 'Et incurvábitur nomo.' which appears as Lectio ii. of the second Sunday of Advent. in 1531.

⁷³ 'sordem', SB:lxv.

⁷⁴ 1531:10v. has 'in spíritum judíci et spíritum ardóris.' apparently a confusion between ablative and accusative cases with the preposition 'in'.

⁷⁵ In AS:20. 'sédere' begins on F. In BL-52359:12r. 'David' is set F.GAGAB|A. This variant which is reminiscent of the 'O' antiphons, occurs also in F-Pnm lat. 15181:466v. (non Sarum).

⁷⁶ 1519:23r.

⁷⁷ 'festo ix. lect. et.' 1519:23r.

⁷⁸ SB:lxvii. adds [ut supra feria ij.]

⁷⁹ Although 1531:11r. and 1519:23r. includes *Magnificat*. here, the canticle would not be sung for a memory.

⁸⁰ 1519:23r.

⁸¹ 1519:23r.

⁸² In 1519:23r. 'noli' is set C.DE.

⁸³ This V. appears here, after the Antiphon because normally the service will be the Full Service of the Blessed Virgin, and the feria of Advent will be a Commemoration.

⁸⁴ 'exceptis', 1519:22v.

⁸⁵ 'proxime', 1519:22v.

⁸⁶ 1519:22v.

⁸⁷ 'sancto', 1519:22v.

⁸⁸ 'prebendatis', SB:lxviii.

⁸⁹ 1519:22v.

⁹⁰ Hoc est, *Antiphona de primis Vesperis festi Omnium Sanctorum.* [SB:lxviii.]

⁹¹ This prayer appears in the Missal, for the votive mass for all saints, but not in the Breviary.

⁹² 1519:22v.

⁹³ 1519:22v.

⁹⁴ 1519:22v.

⁹⁵ 1519:22v.

⁹⁶ 'Ita tamen quod in tempore paschali super tres psalmos primos dicitur una antiphona ante lectiones licet proprie antiphone habeantur : et tria j. Responsoria que terminentur cum Allelúya.' 1519:22v.

⁹⁷ "sicut in festo ejusdem". 1519:22v.

⁹⁸ 'primam', 1519:22v.

Notes.

⁹⁹ 'Infra octavas sancte Trinitatis dicitur antiphona super psalmum Quicunque vult. O beata. Si vero festum habeat octavas : omnia fiant sicut infra octavas annotatum est cum predicta antiphona super Quicunque vult.' 1519:22v.

¹⁰⁰ 1519:22v.

¹⁰¹ 'ad quartam feriam in capite jejunii.' 1519:23r.

¹⁰² 1519:23r.

¹⁰³ 'ante plenum', 1519:23r.

¹⁰⁴ 1519:23r.

¹⁰⁵ 1519:23v.

¹⁰⁶ 1519:23v.

¹⁰⁷ 1519:23v.

¹⁰⁸ 1519:23v.

¹⁰⁹ 1519:23v.

¹¹⁰ AS:1520-S:105r. sets 'virgo' GG.E. 1531:11v. indicates *Ps. Magnificat.* with this antiphon, but this would seem to be an error.

¹¹¹ 1519:23v.

¹¹² 1519:23v.

¹¹³ 'Cum hac oratione.', 1519:23v.

¹¹⁴ SB:lxxi.

¹¹⁵ 'sancta Maria', 1519:23v.

¹¹⁶ 'sive duplex festum fuerit sive non'. 1519:23v.

¹¹⁷ 'alie vero erunt de commemoratione'. 1519:23v.

¹¹⁸ 'Nulla enim commemoratio totius anni de sancta Maria antiphona de sancto loci suas habeat secundas vespertas nec etiam memoria in loco secundarum vesperarum.' 1519:23v. There appears to be an interpolation in this paragraph, as it does not make sense as it stands.

¹¹⁹ 1519:23v.

¹²⁰ 1519:23v.

¹²¹ SB:lxxii.

¹²² US-II:23-24.

¹²³ 1519:23v.

¹²⁴ 1519:23v.

¹²⁵ The music for the antiphon *Prophete predicatorum* is found at 204.

¹²⁶ US-II:24. *Hoc invitatorium dicitur per totum annum quando de commemoratione ejus fit plenum servicium : in tempore vero paschali dicitur cum Alleluya.*

¹²⁷ US-II:24.

¹²⁸ = Op. Tom. 5, col. 221. [SB:lxxiii.]

¹²⁹ 'fortis', SB:lxxiii. While 'fortis' does appear in Ps. 23:8. it does not appear here in Bede. See 'In Lucæ evangelium expositio', *The Complete Works of Venerable Bede*, Vol X., ed. Rev. J. A. Giles (London: Whittaker and Co, 1844): 286.

Notes.

¹³⁰ 'et cogitábat qualis esset ista salutátio', SB:lxxiv.

¹³¹ 'omnes viri aflátus veréri. Discant muliéres propósitum pudóris imitári. Solam in penetrálibus, quam nemo virórum vidéret, solus ángelus réperit, sola sine cómite, sola sine teste, ne quo degéneri depravarétur afféctu, ab ángelo salutátur', SB:lxxiv. This text appears in Bede. See 'In Lucæ evangelium expositio', *The Complete Works of Venerable Bede*, X: 288.

¹³² Beda, ut sup. col. 224. [SB:lxxiv.]

¹³³ 'eis', SB:lxxv.

¹³⁴ Beda, col. 225. [SB:lxxvi.]

¹³⁵ 'quóniam virum non cognósco ?', SB:lxxvi. Although it may appear that this was accidentally omitted in 1531 since the lacuna appears precisely between the end of one line and the beginning of the next, this is not the case in the Breviary 1516:12v.

¹³⁶ SB:lxxvi. has 'non autem signum qui credat', as in 'In Lucæ evangelium expositio', *The Complete Works of Venerable Bede*, Vol X: 290.

¹³⁷ 'ubi umbram', SB:lxxvi. as in 'In Lucæ evangelium expositio', *The Complete Works of Venerable Bede*, Vol X: 290.

¹³⁸ Beata itaque virginī. Beda, col. 225. [SB:lxxvi.]

¹³⁹ 'omnem', SB:lxxvi, as in 'In Lucæ evangelium expositio', *The Complete Works of Venerable Bede*, Vol X: 291.

¹⁴⁰ 'natúra'. 1531:12v.

¹⁴¹ 'Et hic mensis sextus est illi que vocátur stérilis, quia non est impossíbile apud Deum omne verbum.' SB:lxxvii.

¹⁴² 'posse', SB:lxxvii, as in 'In Lucæ evangelium expositio', *The Complete Works of Venerable Bede*, Vol X: 291.

¹⁴³ 'in eo quod Dómini jussis obsecúndet.', SB:lxxvii, as in 'In Lucæ evangelium expositio', *The Complete Works of Venerable Bede*, Vol X: 292.

¹⁴⁴ 1519:24r.

¹⁴⁵ 1519:24r.

¹⁴⁶ 'sancto', 1519:24r.

¹⁴⁷ 'adventum', 1519:24r.

¹⁴⁸ 'usque ad xl.' 1519:24r.

¹⁴⁹ 1519:24r.

¹⁵⁰ 1519:24r.

¹⁵¹ 'O gloriósa fémina' hymnus est in Laudibus in festo Annunciationis B. Marie. [SB:lxxvii.]

¹⁵² 1519:24r.

¹⁵³ 1519:24r.

¹⁵⁴ 1519:24r.

¹⁵⁵ 1519:24r.